

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Resipiscens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

RESIPISCENS. CAP. XIX.

Quoniam vero ex latioribus arundinibus fistulae plurimum fieri consueverunt, cicutis aliquot certa compactis, Aegyptii sacerdotes fistulae conditione considerata, per eam hominem mente olim captum, postmodum tamen & mentem & rationem adeptum, quiq; virtus suæ modum impo-
suerit, significabant: inanis enim arundo mentis identidem vanitatem indicat: verum ubi juncta spirituq; animata concentum harmonie numeris reddere cooperit, rationis se quodammodo par- *Fistula*
incipit effectam ostendit. Ad hanc, tanta illis vis, ut furibundum hominem composita modulatio. *viii.*

FRAGILITAS. CAP. XX.

Alioqui arundo humanæ fragilitatis indicium habebatur. Hinc illud apud Esaiam, *Arundinem Citatur à Matthæo c.*
quædam non confringet, quam sententiam acutissimus Scotus ita dilucidat, ut ex eo debere nos *12. Esa. c.*
misericordia prole qui peccatores admoneat. Interdum & auxilium infirmum. Idem Esaias: *Quid confidit in basculo isto arundineo Aegyptio? cui si quis incubuerit, conquassabitur, & perforabit ma-* *42.*
*sie Aegy-
pius &*
*Egypti rex
baculus
arundi-
neus dici-
tur, Esa.
ca. 36. &
Ezech. c.*

CALAMITAS. CAP. XXI.

Ab ejusdem calamitatis significato illud etiam deditur, ut per distractas prostratasq; arun-
dines, & columnæ, damna, jacturae, & quæ miseria mortalibus accidunt mala, significantur, voca-
bulo inde etiam apud Latinos facto, ut hujusmodi incommoda Calamitates appellantur.

INANITAS. CAP. XXII.

Vulgatissimum vero illud est, per arundinem manu aliiquid significari, cuius rei causa magis re-
ipso patet, quam verbis explicare necesse sit. Illud minime prætereundum, quod arundo in
Affectionis nostri pro Rege salutari manu tradita, mysterium fuit vani fragilisq; sceptri, super *Calamita-
tu usmor.*
quod Gentes omnes prius innitebantur, de quo Esaias 36. Ezech. 29. Regum 4.18. Confidebamus *Nemus*
com in arundine virga, vel Aegypti, vel Babylonia, vel cojuscumq; alterius principatus, qui Deo *grandi-*
contraria sentiret. Eum igitur calamum Jesus de manibus nostris accepit, ut de illo triumphans *nem.*
pro vano & inani, infirmo fragiliq; bacillo validissimum firmissimumque nobis sceptrum com- *Arundinæ*
pararet. Idem Affector noster ad inanitatem hujusmodi respexit, ubi dixit: *Num quid spectatum si hiero-*
calamitatem arundinem vento agitatam? Et Psalmus 68. Icgas, *Exstincta feras ex arundineto: per fratas ajunt glypticum,*
interpretes, Leones intelligendum: propriea quod apud Jobem legitur, *sub omni arbore dormire* *Iesu Chri-*
*Lem, iuxta quam densetur arundinera, esseq; Leones illos rugientes, hoc est, demones, qui cubi-*matth. ii.**

les ibi sternunt in arundineto: quippe inter eos homines demonem habitare, qui leves inanesque
sunt, aeq; etiam instabiles, quos scilicet in petra firmare nequeas, utpote qui vento vel levissimo ex-
positi, continuo hue & illuc agitantur dissipenturque. Deq; eadem instabilitate dictum Psalmus al-
tero supra 80. *Ut arundinem vento expofitam.*

MENSURA. CAP. XXIII.

In numero argenteo C. Mamilius, ab una facie Mercurius cum pilo & caduceo, ab altera Mamilius *C. Mamili-*
spé cum arundine & Cane, qui a pedibus illi allatur. Supra Canem literæ LI. MEAN. qua omnia in numero
magistratum ejus indicant, qui limitibus metandis præfectos fuerit. Arundo enim propter interno-
dia, quæ modo pedum, modo palmorum speciem præ se quandam refert, mensuræ signum habe-
tur. Cane fidei, quam præstare debet is, qui eiusmodi negotio præficiatur. Et à tergo Mercurius
concordiam ostendit, quæ ex ipsa limitatione consequi debeat. De aturdine id insuper animad-
vertendum est, in hanc usq; diem aliquot Italæ locis uitatissimam mensuram pedum circiter se-
num vulgo Cannam vocitari. Id etiam animadvertis in literis numero impressis, MEAN, ubi figura
x Grecæ literæ pro TA posita est.

SUR-